



Ung VI 182

Occasionalia  
potissimum carmina  
vol. 22  
W-182.

W-182.

*ANNAE BERGAM*  
*De Juventute Scholaistica bene meritos*  
*amantem, fountem*  
*ad adplanus*  
*Supremis in Philosophia Honoribus*

V. Cl.

**MICHAELIS**

**KEMNAE,**

**COLLEGAE IV.**

&

**CHRISTOPH.**

**ZIEGENHALSII,**

**COLLEGAE VI.**

*Vitembergae*

a Spectabili Sapientum Ordine

III. Cal. Maji A. O. R. ab 15 CCXIII.

cum laude acceptis.

rite faciendo

excitant

**PATRONI, FAVTORES & COLLEGAE.**

ANNAE BERGAE, Stanno Richteriano.

B  
P  
S  
G



Ilecta Leucoris, cor et lux Saxonum,  
Aeterna Musarum domus,  
Fons purioris ac fretum scientiae,  
Salue, alma Mater, et faue.  
Hos Candidatos nostra montium iuga  
Ad te remittunt, lauream  
Dum pro labore & lucubratis noctibus  
Paras, honestae praemium  
Frontis. Nues hyemsque non obstant, tuo  
Amore quo minus flagrent.  
Et promerentur illa dudum munera,  
Quae nunc modeste flagitant.  
Ergo Viros manu benigna suscipe,  
Ac lauream apta vertici.  
Nos gratulamur, ac eis simul bene  
Toto precamur pectore:  
*Mi* docte Kemna, tuque Ziegenbals, Scholae  
Nostrae Magifri viuere!

Sic  
Viris optimis  
de Iuventute Scholastica meritisimis,  
nous honores  
l. m. q. gratulatur

ANDREAS KVNAADV, D.  
Superintendens.

Q Vi pariles fertis sociata mente labores,  
Vos merito parilis condecorauit honor.  
Hinc titulis applaudo nouis, Numenque Supremum,  
Vt VOBIS addat praemia plura, precor.

*Pauci bis inter labores ecclesiasticos, Amico suo imēgerimus,  
Dn. MICHAELI KEMNAE, Lyc. Annaem, Coll. IV.  
nec non fuitori suo bonoratiss.  
Dn. CHRISTOPH. Ziegenbals, ibid. Coll. VI.  
de Summis in Philosophia honoribus collatis, gratulari voluit*

M. CHRISTIAN. SIGISMUNDVS ZIMMERMANNVS,  
Pastor ad Diu. Mariae apud Annaemont.  
et Concionator Metall.

Pari laborant qui jugo, nec nullibi  
Pari volant Sisyphi  
Sudore faxum ingens, Scholis in publicis  
Bonas docendo litteras,

Pue-

Puerosque formando decentibus, piis,  
Placidis, modestis moribus;  
Pari profecto judicantur praemio  
Digni piis his omnibus,  
Et aetimantibus Scholarum commoda.  
Prout decet, bene audiunt.  
Quare manu laetante nunc prehendite,  
Quae destinauit praemia  
Jamjam diu merentibus bene, optime,  
Apollo. Nos applaudimus!

Nous ait diu promeritos in Philosophia honores  
ex animo gratulatus scrib.

M. IOANNES CHRISTOPH. GENSELIVS,  
Eccl. Annaeab. Archi-Diaconus.

**Q**Vam Virtus pridem, quam Vestrae Palladis artes  
Sudore partae plurimo,  
Et studiis meruere piis, nunc denique vero  
Vobis, VIRI CLARISSIMI,  
Leucoreus, quamuis fero, decernit Apollo,  
Tanto tamen lubentius,  
Phoebeam laurum capturi, e Montibus ANNAE  
Nostrae ite non tardo pede.  
Laeta nouis mea mens applaudit honoribus istis,  
Vouetque cuncta prospera.

Gabriel Pocarus, Diac.

**G**uftastis, radix studiorum quod sit amara,  
Gustetis fructus nunc quoque mellifluos.  
Vobis, FAVTORES, felicia sunto brabea,  
Serpentes circum tempora laureolae.  
Quot laurus baccas, ac Albis notus arenas  
Adfert, tot VOBIS jam bona fata precor.

Sie gratulabatur

M. Io. Gottlieb Adami, ad SS. Trin. P.

**T**andem mole graui, largo sudore, labore  
Adsiduo, vigili mente, manuque pia,  
Noctes atque dies jungendo, credo, paraltis  
Vobis, facundus quicquid Apollo docet,  
Non falsas, fictas non fuco, ast murice pictas,  
Artes ingenuas vos didicisse juuat.  
Quare vera manent, properate, prehendite vera  
Praemia, quae vobis Leucoris alma parat!

*ne hic a σύμβολος effet, pauca adject, plura alibi daturus  
amoris documenta*

M. CHRISTIAN. FRID. VVILISCH, R.

**Q**Vos mihi Peloridum ciues vrbs clara fodiniſ,  
Quos eadem ſtudia,  
Quos eademque opera  
Et labor & Schola jam dudum mihi junxit Amicos,  
Muneris & Socios,  
Vos voco, KEMNIADE,  
Musaque ZIEGENHALSiadac, mea pectora chara.  
Nonne ſimul deceat  
Addere laeta pio  
Vota piis votis aliorum corde profeſta,  
Tempora dum renitent  
Veftra Magifterii  
Sertis ornatuerū? Decet, decet vtique. Votum  
Perbreue (plura etenim  
Non capit hoc ſpatium)  
Sumite: Sint oneris Scholici ſolamen Honores!  
Sit maneatque noua  
Laurea fauſta diu!

Honoris ergo debuit

M. GEORGE MÜLLER, Con-R.

**C**ommuni dicunt alias fermonē Magiftri,  
Qui teneros animos arte polire ſolent,  
Veftra, Colendi Collegae, per tempora longa  
Formandis pueris, cognita cura fuit.  
Cur igitur titulos, pridem quos fedula virtus  
Promeruit, vultis ferō parare nouos?  
Sic est, qui prompte tolerant quoſcunq; labores,  
Illiſ eum fructu gloria, fama venit.  
Nescit in obſcuro ſtudium virtusque latere,  
Plus ultra tendit, Laurea ſerta refert.  
Ergo Scholae nunc doctores, Sophiaeque Magiftri  
Digni cendendi, praemia digna fluant!

\* conf. Flor. L. IV. c. 2. §. 60. cūt Annot. Minelli ad h. l.

Sic Collegarū Honorariſ nouis honorib; appludebat  
M. GEORG. CHRISTOPH. BRVCKNER,  
Scholae patriæ Tertiū,

**C**antat Amen! Vobis nunquam ſint irrita vota,  
Quis Deus addiderit pondera. Cantat Amen!  
Cantat Amen! candore pio (per ſulphura caeli  
Teſtor) amore pio Cantor & optat: Amen!  
Cantat Amen! Votis Deus omnibus adnuit vsque:  
Sic canit atque canet, plaudite, Cantor Amen!

ANDREAS KVHNAY, Cantor,

M. CHRISTOPH. BRVCKNER,

May VI 182

V. 17



*ANNAE BERGAM  
De Juventute Scholastica bene meritos  
amanem, fuentem  
ad aplausus  
Supremis in Philosophia Honoribus*

V. Cl.

# MICHAELIS KEMNAE, COLLEGAE IV. & ISTOPH. ENHALSII,

LLEGAE VI.

*Vitembergae*

bili Sapientum Ordine  
ji A. O. R. cl. D. CCXIII.

cum laude acceptis,

rite faciendos

excitant

VTORES & COLLEGAE.

RGAE, Stanno Richteriano.

FarbKarte #13

